



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

15. De funesto illorum interitu, qui imaginem S. Simeonis mirifici  
deturbare conati sunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

loquium postulat. Iudex non credere, sed phantasma dæmonis arbitrari. Tandem amissus, somnium & cædem indicat. Cum iam illuxisset, ad cœmeterium conueniunt, cadaver circumstant. Interim dæmones cum terribili ululatu in sublime raptum cadaver, ex hominum conspectu abstulerunt. Ea res, præter vulnus crucifixo illatum, aleatoris perfidiam arguit, & lanium à periculo liberauit.

*Europius lib. 21. rerum Romanarum, de quodam Constantino, imaginem Dei genitrici violente, eiusque diuina visione.*

## CAP. XIII.

**C**onstantinus quidam strator Artabaldi, videns imaginem Dei genitricis stantem, apprehensum lapidem, aduersus eam proiecit, & contriuit: & cum cecidisset, caleuit. Et vidit in somnis stantem sibi Dominam noliã, & dicentem: Noli quàm fortem causam in me operatus fueris, verum contra caput tuum fecisti. Postea verò dum Saraceni aduersus murum congressionem facerent, & agerent bellum, currens ad murum, ut fortis miles infelix ille, eiecitur à lapide transmissio ex Mangone, & contritum est caput eius & facies, dignam impietatis suæ retributionem percipiens.

*D. Ioannes Damascenus lib. 3. de venerat. sanctorum imaginum, ex Arcadio Archiepiscopo Cypri. De fuisse*

sancto interitu illorum, qui imaginem S. Simeonis mirifici deturbare conati sunt.

## CAP. XV.

Contigit diebus illis virum quendam negociatorem ciuitatis Antiochie periculo-  
so angore animi detineri, id procurante ma-  
ligno dzmone diuque ita anxietate vrgeri, vt  
compressione anhelis spiritus penè illum suffo-  
carent. Hic quum sanctum Simeonem adisset,  
essetque eius deprecatione consequutus sani-  
tatem, ita vt nullum videretur eatenus passus  
malum, inq; suam domum regressus, pro gra-  
tularum actione erexit sancto illi imaginem in  
publico & conspicuo omnibus ciuitatis loco,  
suprà fores officinæ suæ. Eam verò quum per-  
spexissent infidelium quidam tanto honore  
& gloria illustrari, vnà cum luminaribus &  
descriptione astrorum ipsam ambientium, im-  
pleti zelo homines sui similes, nempè turbu-  
lentos & incompolitæ vitæ, conciuerunt ad  
seditiosam coitionem, sic vt numerosa multi-  
tudo conuenerit, & obstreperas voces edide-  
rit, clamando: Tolle è vita qui hoc fecit; ac de-  
turbetur imago. Dei autem dispensatione con-  
figit, tunc virum non potuisse in sua deprehen-  
di domo. Prius enim magno tenebantur stu-  
dio, vt eum malè multarent & occiderent, alijs  
alia vociferantibus. Istorum nequitia multa &  
nimis quam magna in conspectu DEI appa-  
ruit, inuidia in super præter omnem modum,  
per

per quam dæmoniaco spiritu obsessi in hac  
 conspirarunt, arbitrati se occasionem inueni-  
 se concitandæ seditionis, & contumelijs in-  
 sectandi sanctum, quòd is sæpenumero coar-  
 guisset perfidiam & ipsorum errorem, qui  
 gentilium superstitionem sectabantur. Tan-  
 tum igitur insanix pondus quum ferre non  
 possent, vnicuiquam militum prouinciam  
 hanc delegarunt, vt consensu gradibus de-  
 turbaret imaginem. Ille quum ascendisset  
 manusque expandisset, vt demandatum ex-  
 pleret opus, ex alto in imam delapsus terram,  
 momento est medius perruptus, & in turba  
 non mediocri exortus est tumultus, nihil o-  
 minus Redaccensis animis adiecerunt, vt &  
 alterum eò adigerent. Et ille quidem expe-  
 ctis manibus, vt imaginem detraheret, in ter-  
 ram pariter delapsus, perfractus est. Hoc edito  
 exemplo terrore percussis omnes coeperunt se-  
 bi ipsis imprimere S. crucis signaculum. Cum-  
 que perfidi illi vehementiore insanix fure-  
 rent, adiecerunt, vt & tertium ad hoc opus ad-  
 igerent. Et hic, vt manus extendit primum ad  
 deiicendam imaginem, consimiliter perrup-  
 tus concidit in terram. Tunc timor magnus  
 inuasit omnes, qui fideles circumsteterant, &  
 attoniti super cœcitate ac temerario ausu per-  
 fidorum & impiorum, adorata imagine cum  
 supplici deprecatione illinc abierunt.

*D. Ioannes Damasc. li. 3. de veneratione SS. imagin.*

*De quodam Saraceno, qui cum sagittam eiacularus  
esset in imaginē S. Theodori, sanguis ex ea profu-  
xit, ipse vero cum alijs Saracenis infeliciter periit.*

## CAP. XVI.

**A**Gellus est à Damasco miliaribus quat-  
tuor distans, dictus nomine Carsatas. In  
eo terre tractu, templum est sancto Theo-  
doro sacrum, quod quidem templum se-  
mel ingressi Saraceni demorati sunt, in eo ex-  
crescentes genus omne obscœnitatis & imman-  
ditatē per mulieres, pueros, & brutas animan-  
tes. Vna igitur dierum, quum considerarent  
eorum permulti, simulque fabularentur, ex  
his vnus iecit sagittam aduersus imaginem  
Theodori, quæ humerum eius dextrum per-  
culit. Ex eo vulnere mox exsiliuit sanguis, qui  
& ad imam vsque imaginis partem delapsus  
est, spectantibus omnibus quod fiebat signum,  
simul & impactam sagittam humero sancti &  
defluentem sanguinem. Et ne sic quidem spe-  
ctatores admirabili hoc signo admoniti ad cō-  
scientiam redierunt. Qui sagittam impegit  
sancto, nullam egit pœnitentiā. Ne vnus qui-  
dem istorum est animo motus, nec è templo  
secesserunt, neq; sibi temperarūt ab eius con-  
taminatione. Veruntamen extremā dederunt  
commissorum vlticem pœnam. Quum enim  
familia essent eorum qui incolebant templū,  
quatuor & viginti, ad vnū omnes amarulenta  
morte extincti sunt; eorum verò qui in vicu-  
lo